



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

[Vicarius.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

A D D I T I O.

Verba.

Verbum jocosum dictum causa recreationis, non est peccatum. Vid. D. Thom. 2 d. 40. q. 4. d. 9.

A D D I T I O.

Verbera.

Verberate possunt parentes, domini & pædagogi per se, vel per alium, & religiosum incorrigibilem prælatus etiam per alium clericum, vel monachum in necessitate. *Cap. universitatis. de sentent. excommun. Sot. l. 5. art. 2.* Vid. D. Thom. 2. 2. q. 68. art. 2. *Val. tom. 3 d. 5. q. 9 p. uni. Salon. Aragon. 6.*

Prælatus potest etiam sacerdotem verberare, & forte etiam præceptor, ut si sit talis alicubi consuetudo, & vir uxorem gravi de causa. *Sot. l. c. Et vir.* Sot. Salon. Arag. l. c. 3. Si pater verberaret ex odio, vel ex iracundia rationem regente, mortuere peccare potest. *Sot. l. c. col. 3.*

Episcopo non licet manibus suis verberare.

A D D I T I O.

Vestis.

Veste religiosa maris aut feminæ uti sæcularem ludi causam, non est mortale.

Uti veste alterius sexus ob vanitatem, veniale est; ob justam vero causam, licitum: quamquam August. 2. *soloq.* dubitat, an umquam viro liceat uti veste feminæ. Vid. *Sylv. v. femina. Nav. l. c. ex D. Thom.*

A D D I T I O.

Vicarius.

Vicarius Episcopi non potest esse laicus, nec clericus conjugatus, oporteret v. habere ordines minores.

V u 2

De

De vicario Episcopi integrum volumen conscripsit Jac. Sbrozzius, nonnulla scribit Sanchez *td. 1. de matrim. l. 3. d. 29.*

Vicarius generalis dicitur ordinarius, potestque dare dimissorias, & potestatem absolvendi à reservatis. Sanchez *l. c. d. 9 n. 3.* alii tamen dicunt esse delegatum. Idem dicas de vicario Capituli, fede vacante. *ibid. num. 4.* Sbrozzius, Navar. *conf. 5. de spons.*

Vicarius Episcopi eo mortuo cessat, (nisi à Capitulo confirmetur) gesta tamen per eum ante mortis notitiam valent. Sanchez *l. c. dist. 30 n. 2.*

Vicarius perpetuus potest facere vicarium ad tempus seu temporalem.

Vicarius temporalis potest facere vicarium, si sit consuetudo, aut habeat speciale mandatum, aut non possit totum implere, & partem committat.

A D D I T I O.

Vidua.

Vidua non dicitur, quæ non est à viro cognita.

Viduam præteritis venereis ex viro voluptatibus delectari, non est per se mortale, sed ob periculum pollutionis, aut delectationis mortiferæ erit frequenter mortale, Cajet. *ver. delectatio. Val. tom. 2. d. 6. q. 4.* De hac re lege Nav. *cap. 16. n. 10.* Azor *l. 4. l. c. 6.* Sanch. *l. 9. d. 47. n. 7.*

A D D I T I O.

Virginitas.

Virginitas amittitur pollutione voluntaria, saltem in causa, ut cum quis nocturnam optat, aut procurat voluntariè, & concubitu apto eam facere, etiam si per accidens non sequatur, quidam tamen dicunt sine pollutione eam non amitti, Syl. *v. virginitas n. 3.* ex D. Thom. *ex 4. d. 33 art. ad 5.*

Per omnem voluntariam pollutionem amittitur virginitas, Cajet. *2. 2. quæst. 154. art. 6. initio. Et ad 3. vid. eund. q. 15. art. 1. ad 3.* Sot. *d. 49. q. 1. art. 1. colum. 4.* Syl. *virginitas. 2.* Martin. apud Cajet. *l. c. Vival. in append. l. c. n. 25. Nocturnam.* Vival. *l. c. n. 29. Apto.* Non autem si eunuchus sit ad seminandum.